Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

VII.

urn:nbn:de:bsz:31-267058

Visual Library

abbate Epus Argentinensis factus ē; ejus laudes vid.
apud Guillim. l. 3. c. 4. Monria aliquot valde locu-
pletavit, inprimis etiam Schufftaria, quod magister
ejus Pirminius fundasse legitur: etsi alij Ruthardum,
Alsatiæ ducem Monrij hujus fundatorem primum fa-
ciant an. 724.

V. Rambertus I. Hettoberti filius Altenburgi et in Bri-
siaca dominatus ē; Monrium S. Trutperti instauravit
magnis sumptibus, ita ut conditor secundus à po-
steris vocari et honorari meruerit, ob. an. 771.

VI. Guntramus /: de hoc nulla alia extat memoria,
quam quod fundamenta arcis Scharfenstein jecisse
scribatur:/ sedem et habitaonem habuisse Altenburgi,
ut reliquos ipsius antecessores et posteros testatur
Manlius; sepultus pariter ad S. Trutpertum an. 824.
Reliquisse filios Luithardum et Luitfridum /: huic
Altenburgum, Alsatiam et cætera obvenisse tanquam
majori, alteri Brisiacam:/ tertij filij meminit Lazius,
quem Vizilinum seu Lanzilinum dictum ex aliorum
sententia affirmat, cum Lanzelinum aut Landolid
esse credit Guillimanus, quem Trevirensis Eccliæ Archi-
epum fuisse recenset ex Gerardo. De Luithardo al-
tero filio dignum memoria aliud nihil reperitur,
nisi quod Gengenbach, Hercinia Monrium ante a Pir-
minio, ut alia plura ejus tractus, conditum multis
possessionibus auxerit, atque adeo inter primos ipsius
fundatores numeretur.

VII. Luitfridus I. hujus nōis, Guntrami filius ob.
an. C. 855. superstitibus liberis Luithardo II. Hugone
et Ermentruda, quæ Conrado Burgundiæ minoris

Comiti seu Præfecto nupta Rudolphum I. sua Stirpis regem genuit. Conradum hunc Lazius Strettingensem appellat, sed forsan absq; ratione, ut videre est apud Guil. l. 2. c. 3. De Hugone filio nihil apud Historicos. Ermentruda filia, ut modo dictum, Conrado Comiti in uxorem data primum Regem Burgundiæ genuit.

VIII. Luitfridus II. cujus extat diploma apud Lazium, in quo vocatur comes illustris, et Ottobertum ac Rambertum Majores suos appellat, multaq; donat Monasterio S. Trutperti an. 900. de ipsius mortis anno nihil certi haberi potest: obiisse autem Idibus Maij constat ex Epitaphio, quod Eberhardus I. Constant. Epus non multis post mortem annis in Lamina sinistro lateri primi Altaris infixa ipse posuit, quod hic subjungere placuit.

Luitfridum comitem nobilitate percelebrem, hujus loci structorem Sanctus Trutpertus suus nosterq; Patronus in sua susceptum tutela fidelis fidejussor Idiby Maij Dno fideliter comendavit. Ex heredibus filius Luitfridus minor natu Elsatiæ et Brisiaco præfuit.

Hugo Ascetes in societate comitum ab Herwinge condidit Monasterium Ord. S. Bened. in Elsatia Vogasi valle Villeriana, haud procul Sletstadio quod de suo nomine Hugeshoven nominavit, in eo etiam ipse sumpto ordine, ut quidam asserunt, præfuit magna ea tempestate apud omnes dignitate et reverentia.

Ab hoc Lazius Rudolphum I. Burgundiæ Regem et posteros deducere conatus est.

IX. Hunifridus filius Luitfridi, nominis hujus primus,